

¶ Dominica secūda Aduentus

Respiciate et leuate capita v̄ra. Luc. xxi. In presenti sermone habeo declarare rōnes propter quas christus p̄mittet et sustinebit quod ille iniquus et filius p̄ditionis antichristus faciat tot mala in christianitate. sicut heri dixi vobis. quod declaratis nullus mirabit. imo mirabunt omnes quare t̄m tardat venire. Spero in deo quod erit bona materia ad peccatorum correctiones. Sed prima salutem d̄go maria. r̄c. Respiciate et leuate capita vestra. Pro breui huius verbi declaratiōe et materie p̄dicande introductiōe. Sciendū quod omnium scientiarum humano intellectu inuentarum principium fuit admiratio. Quādo antiqui philosophi videbant mirabiles effectus rerum mirabantur. et cleuabant intellectum ad inquirendum et sciendum causas talium effectuum. Ideo dicit philosophus vnu quod scire arbitramur cum causas eius cognoscimus. Et alibi dicit Scire est rem propter causam cognoscere. propter hoc antiqui philosophi videntes effectus mirabiles admirantes moti sunt ut scirent causas quibus scitis intellectus eorum quod escebat. Ideo dicit philosophus primo metha. propter admirari inceperunt philosophi philosophari. id est. inquirere de causis et rationibus effectuum. verbi gratia. Videntes philosophi quod in vere terra p̄ducit herbas virides et arbores flores folia et fructus et in autumno omnia dimittit quasi nudando se. philosophi admirabantur quare hoc et vnde talis effectus et ordinatio. et inceperunt querere et inuestigare de causa. et inuenerunt quod euenit propter motum solis qui in vere ascendit et trahit secum sursum humores. Ideo terra et arbores fructus p̄ducunt. r̄c. In autumno vero cum sol descendit ideo deponunt omnia folia r̄c. Item quoniam videbant in mari illas magnas vndas et aliquando est ita planum. quod vna gallina posset ibi bibere et vna scutella natare. et videntes fluxum et refluxum maris magis admirantes quesierunt et inuenerunt quod hoc fit propter lunam que in plenilunio. semper habet singularē influentiam super aquas et super humida. Ita quoniam videbant in aere nubes fulgura et impressiones et tonitrua admirabantur et quesierunt causam et inuenerunt quod hoc pueniebat ex certis constellationibus et motibus planetarum. Item quādo videbant eclipsim lune mirabantur et inuenerunt causam quoniam luna semper eclipsatur in plenilunio. quādo sol est sibi ex opposito et tunc interponit terra inter ipsam et solem et tunc ipsa eclipsatur. Idem de eclipsi solis de quo videtur quod sol moritur. qui admirantes inuenerunt quod fit ex interpositione lune inter solem et nos in coniunctiōe. Dicit magister historiarum. quod in die veneris sancta fuit eclipsis generalis solis qui volunt idui de nigro sicut milites in morte regis. quod videtur dionysius magnus philosophus. admirans quia tunc erat

plenilunium iuxta pascha iudeorum dixit. Aut de nature patitur. aut tota machina mundi dissoluetur. Patet ergo quod omnis scientia humanitas inuenta habuit suum initium in admirari. Ad propositum heri fuistis admirati de effectibus siue operibus antichristi huic mundo in breui venturis. Et admirantes queritis causam quare christus p̄mittet christianitatem sic destrui et corrumpi et subuerti. Respondit thema. Respiciate. scilicet causam iustam destructionis et subuersionis antichristi. et leuate capita vestra. glosa. id est. mentes vestras. Quia nihil sine causa fit in terra Job v. Respiciate ergo diligenter et videte causas et rationes quare deus p̄mittat p̄dictos effectus seu mala antichristi contra christianitatem. totum ostendam vobis in vna parabola seu similitudine quam vobis dicam. quia subtilia melius intelliguntur ab hominibus et retinentur per parabolas et similitudines. ista est parabola. ¶ Sciendum quod quidam rex nobilissimus et potentissimus edificauit ciuitatem quādam magnam et egregiam cum multis sumptibus et laboribus et piculis exponendo omnes thesauros in eius edificatione. Deinde dotauit eam multis priuilegiis et gratiis magnis. quoniam fecit metropolim et sedem regni sui. In qua ipse rex et vxor sua cum filiis morabatur in castro. Ciues autem dicte ciuitatis p̄ditores et ingrati dicto regi inter alia plurima grauamisa et enormia que fecerunt contra regem. fuerunt septem magne p̄ditiones. Prima rumpendo iuramentum fidelitatis quod fecerunt regi. habebant sua consilia. tractatus et plamenta secreta cum inimicis capitalibus ipsius regis. et hoc sciente rege cui summe displicuit. Secunda p̄ditio quod rex reprehēdebat eos. Ciues de hoc ingenti et indignati cum maximis iniuriis et vituperiis armati ensibus euaginatis expulerunt regem de ciuitate sua. Tertia quod postquam rex fuit expulsus misit dictis ciuibus quod ad minimum daret sibi suos redire. quod negauerunt sibi et noluerunt sibi dare. sed suis inimicis. Quarta quod expulsio rege denudauerunt reginam vxorem dicti regis et cum vberibus et p̄tumelibus eiecerunt ipsam de ciuitate quod maxime displicuit regi. Quinta quod filias regis que remanserant in palatio. ciues dederunt eas ad lupanaria et luxurias et corrupserunt eas. Sexta. quod vnicum filium regis que remiserat in palatio etiam sciderunt et diuiserunt per medium in duas partes in duas minutias et decollauerunt cum tunc esset iam iurat. Septima quod omnia signa seu arma sui regis amouerunt de palatio et posuerunt ibi signa arma inimici regis. Quod videtur vobis p̄ue iste p̄ditores. Nihilominus rex benignus propter totas p̄ditores misit eis nuncios quos cum eis reconciliari. et habere cum eis pacem p̄mittendo plenam remissionem omnium offensarum. Sed ciues noluerunt imo continue multiplicabant offensas. propter quod post multos annos rex misit vnum capitaneum cum infinita gente armorum et tradidit ciuitatem in manus suas. qui totam ciuitatem destruxit. Nunquid

de hoc debet aliquis admirari aut dicere quare rex fecit h. certe non. imo dicere debet quilibet quod rex fecit optime. **M**odo videndum est quis est iste rex. et que est ista ciuitas et qui sunt isti ciues proditores. **R**ex iste nobilissimus et potentissimus est ille de quo **J**oh. in apocal. **H**abet in vestimento et in femore suo scriptum. **R**ex regum et dominus dominantium. **A**pocal. xix. **N**ota in vestimento. id est. in humanitate. humanitas christi dicitur vestimentum. **R**atio. quia sicut vestimentum cooperit personam. ita humanitas christi cooperiebat diuinitatem. **C**um ergo dicitur habet in vestimento et in femore suo scriptum. vult dicere quod christus in quantum homo per generationem temporalem et in quantum deus per generationem eternam est rex regum etc. **C**iuuitas magna nobilis et egregia quam christus edificauit est christi ciuitas. **I**deo venit in hunc mundum ut istam ciuitatem edificaret. **I**n cuius edificatione laborauit. xxxiii. annis. quam cum magnis laboribus et periculis et expensis edificauit et magnis priuilegijs et gratijs ipsam dotauit. scilicet sanctorum septem sacramentorum. **D**e qua ciuitate dicit **D**avid. **G**loriosa dicta sunt de te ciuitas dei **ps.** lxxxvi. **C**iuies huius ciuitatis sunt omnes christiani qui modo admirantes aliqui querunt. quare rex christus tam nobilis et potens permittet hanc ciuitatem destrui et peridi ab antichristo. **Q**uia dicitur thema **R**espicite et leuate capita vestra et videte quoniam propter septem magnas perditiones incorrigibiles quas faciunt dicti ciues regi suo domino iesu christo.

Prima quia tam homines quam mulieres contra iuramentum regi christo factum in baptismo recurrunt et habent sua colloquia cum inimicis regis christi. scilicet cum demonibus qui licet possent eos subito annihilare in puncto in non vult. **Q**uonia diuini. sortilegi. coniuratores et incantatores cum demonibus faciunt quicquid faciunt. **Q**uoniam si aliquid perdidistis. vel per sanitate vel per filijs habendis ad quem recurrunt. non ad christum nec ad bonum medicum sed ad diuinos inimicos christi. **P**roditor nunquid in baptismo fecisti christo iuramentum fidelitatis et abrenunciasti diabolo et pompis eius. **I**dem per filijs habendis et sanitate optinenda recurrunt ad diuinos et sortilegos. omnes tales sunt proditores. quia si essent fideles recurrerent ad regem christum potentissimum dicendo. domine ego perdididi hoc vel illud vos scitis quis habet. ideo ponatis in corde suo ut tradat mihi. et ego habeo quod meum est et ipse saluabit animam suam tunc esses fidelis. **I**dem per sanitate et filijs obtinendis. **Q**uia demones nesciunt secreta omnia quia in tenebris sunt et diffamant aliquos qui non sunt culpabiles ut seminant discordias. **I**tem de sanitate et filijs. **Q**uia nullus potest dare sanitate nec filios nisi deus ad quem debetis recurrere dicendo. domine vos dedistis mihi istum filium qui parit etc. vel domine ego sum de matrimonio. ideo domine detis mihi fructum

matrimonij. quia alias modicum valet totum aliud quod fit. **A**lij recurrunt ad diuinos ut sciant quid facit vxor qui ostendunt in amphora aque quod peccat cum tali. etc. et forte erit vna sancta mulier. sed diabolus mentis. quia medax est et pater eius. **J**oh. viij. **Q**uot sunt qui sunt ultra mare dicunt. **C**erte ego velle scire quid modo facit vxor mea et recurrunt etc. **A**lij recurrunt ut possint habere mulieres ad libitum. **A**lij ut inueniant thesaurum absconditum. **A**lij ut sciant quid erit de tali bello vel facto. **Q**uod proditores sunt in mundo. **E**tiam si alia non esset in mundo ista sola est sufficiens causa ut veniat antichristus tanquam capitaneus ad destruendum ciuitatem christianitatis dicente sibi christo. **S**oth. habes gētes armorum. **I**ta domine ut arena maris. **I**deo vade ad ipsos ut moriantur. **D**icit de hoc **M**oyses in persona christi. **G**eneratio pueris et infideles filij. ipsi me puocauerunt in eo qui non est deus et irritauerunt me in vanitatibus suis. **E**t ego puocabo eos in eo qui non est plus et in gente stulta. id est. antichristi irritabo illos. **I**gnis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni nouissima. **D**eutl. xxxiiij. **D**e peccato diuinationis et eius speciebus scda scde. q. xcv. **S**ecunda perditio est. quia ciues ense euaginato expellunt regem christum de ciuitate christianitatis. **E**nsis est lingua ad formam ensis facta. **I**nuadit rex christus iurando et diuidit membratim. quia iudei nescierunt ipsum diuidere. **I**deo christiani qui sunt in ludo dicunt per caput per corpus per corpus etc. **D**omine ecce gratias quas faciunt vobis christiani. quia eos redemistis. **Q**uia quoniam tu iuras per caput vel per corpus. tamen reputat tibi ac si amoueres sibi caput vel corpus etc. **I**tem cum balista sagittas eius quoniam eius blasphemias. **I**am videtis quod labia sunt ut arcus baliste duorum lignorum. **L**ingua est labium rectum per modum baliste. super quod ponit sagitta. **S**agitte toxicare sunt blasphemie scilicet **B**alas grates habeat deus etc. percutere crucem denarij dicendo verba contra christum et virginem mariam. **Q**uia mirum est quod terra tales non deglutit vos. ut vadant in abyssum. **N**unquid est ista perditio. de his propheta dauid dicit. **F**ilij hominum detes eorum arma et sagitte et lingua eorum gladii acutus. **D**omine. **E**xaltare super celos. scilicet fugiendo. **ps.** lvj. **A**d hoc iam deuenit mundus quod minus datur per negando deum. quam per destruendo vnam fornicam. vel per infectio vni fornice. imo per vnam urbanitate etiam in minimis reb' dicitur renego deum si facio. **I**tem quoniam antichristus veniet non oportebit facere magnam vim talibus sic affueris ad renegandum. quia statim renegabit deum. imo renegare deum ponit iam in truffa. quia ad ridendum puocant aliquem ut iuret et inegat etc. **D**omi tpa les et iurati qui circa hoc deberent puidere non curant. **I**tem dominus querit de ipsis di. **D**enatores populi mei iniqui agunt dicit dominus. et iugiter tota die nomen meum blasphemant. propter hoc sciet plus me nomen meum in die illa. quia ego ipse qui loquor. scilicet precipiens do. **E**cce assum scilicet puniendo. **E**sa. liij. **I**deo dicit

Dominica secūda Aduentus

christus antichristo. Capitanee habetis gentes armorū. Ita dñe: ideo vadatis. **T**ertia proditio est quia rege christo sic turpiter a terra expulso negant sibi redditus et dant eius inimicū. Redditus quos sibi xps retinuit de duobus sunt que nobis pauperibus dedit. scz terram et tempus. De terra retinuit sibi redditus decimarū et pmitiarū et fructū et vult qd bene soluant. **D**ic quo antiquitus mensurādo numerabant vnū. ij. iij. zc. et decimū mittebant ad templum dñi. s. d. grano. vino. oleo. capris. zc. Sed modo decime et pmitie dant inimicis christi. Aliqui nihil soluunt aliqui soluunt nō decimā sed vicesimam vel tricesimam. quidam dicunt. **E**st istud tam bonū dare sacerdoti dabo ei caligam plenam arena. **D**ic qd nō dant sacerdoti. sed deo qui illa dat suis seruitoribus. quia ipse pro se nō indiget. **S**icut dicunt quidam. **C**lerici sunt mali. zc. Ergo nunquid erit melius vt ego dem filiis meis. et familie mee qd ipsis. **R**esponsio. Nunquid esset bona ratio. nō demus regi redditus suos. quia ipse tenet malos seruitores ribaldos zc. **Q**uid faceret rex de nobis si ppter hoc negaremus sibi redditus. ita in pposito de rege christo. si ipse in domo sua sustinet malos seruitores ipse corrigit eos vel in hoc mundo vel in alio et ppter hoc nō debet fraudari in suis redditibus. nec dari inimicis suis. scz peccatis. pompis. vanitatibus. ornamentis zc. **N**on opus est follo suspendere cymbala collo. **I**deo quia sic fraudatis xpm regem veniunt mali anni ita sepe. **I**do dicit ipse. Si homo affigit deum. quia vos cōfigitis me. **E**t dicitis in quo cōfigim? te. **I**n decimis et in pmitiis. et in penuria. vos maledicti estis. et me vos cōfigitis gens tota. inferte om̄em decimationem in horreū meū. vt sit cibus in domo mea et probate me sup hoc dicit dñs. **S**i nō aperuero vobis characteras celi et effudero vobis benedictionem vsqz ad abundantiam zc. **M**alach. iij. **S**ecundo dedit nobis tempus quod suum est de quo sibi retinuit decimam. p redditu septimane diem. scz dominicam. totum tempus currit in septē diebus et ipse diuisit. **D**edit tibi diē lune et marti ad laborādū et opandū zc. **D**ñicā vero retinuit sibi. **I**do nō transgredē illā. **S**ed modo quō soluit qz nō datur deo sed diabolo eius inimico. quia ita aperit vnē apothecę et opatoria ad operandū ad vendendū merces sicut in alijs diebus et sunt cōtractus et mercatus liber. **E**cce qualiter reddit? temporis tollit deo et dat diabolo. **I**tē in diebus ferialibus homines negociant mulieres opantur in domibus suis. **S**ed in die festo ornāt se homines ex vna pte et mulieres ex alia. **I**sto mō. redditus dñi dant diabolo vocato leuiathan qd temptat de supbia. **A**lij vero vt lusoꝝ taxilloꝝ dant diabolo vocato mammon qui temptat de auaricia. nec debet dici ludus. sed furtum vt ra-

pina. quia nihil potest ibi lucrari. zc. **A**lij vadūt ad lupanaria zc. **I**sti dant asmodeo qui tēptat de luxuria. **A**lij sedent in portis iudicantes et inuidentes trāseuntibus sic dant beelzebub. **A**lij bibunt et comedunt excessiue et visitāt tabernas et sic dantur beelzegoz zc. **A**lij congregant amicos vt tractant de vindicta sic datur baalberit. **A**lij stant ociosi in platea cum deberent audire missam. sermonē. vespas zc. isti dant astaroth. quia quādo nō soluimus redditus tempis recipit sibi in cōmissum et tunc facit vindictam dicēs **C**ui accepo tps ego iusticias iudicabo ps. lxxiij. ppter hoc veniunt mortalitates ita sepe. **C**ontra hoc peccatū pcepit deus di. **M**emento vt diem sabbati sanctifices. **E**xod. xx. nullū pceptum incipit p memēto nisi istud quasi dicat ex q laborasti p te et domo tua feria secunda et tertia zc. **I**n dñica memento vt quiescas ab om̄i ope seruilī. **N**unquid videt vobis magna proditio ista negare regi regales suas et redditus suos iō zc. **Q**uarta proditio est vt reginā vxorem regl nudātes et verberātes cum vituperijs et contumelijs abiecerunt. **R**egina vxor et sponsa christi est ecclesia sancta. talem habet sponsam qualē et matrem que virgo concepit et virgo peperit. **E**t de ecclesia intelligit pncipaliter illud **D**avid. **A**stitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. ps. xliij. **S**ecundo intelligit de vrgine **M**aria. **N**ota quō ecclesia generat filios regi christo. **C**ui? vter? est fons baptismi qui cōcepit semine xpi d ei. **L**uc. viij. **S**emen est xpi dei. **N**unqz aliquis rex tantū dilexit vxorē suā quātū christus dilexit ecclesiam. **S**ed mō hec regina denudat auferendo ab ea et occupando sibi bona ecclesie et iurisdictiones. **S**icut puant religiosos et faciūt ipsos arestare. hec iniuria est maior qd si coram rege offenderet regina. **E**t qd peccatū ē tangere tales. de quib? dicit **D**avid in psona dei. **N**olite tāgere christos meos. scilz sacerdotes vnctos. et in pphetis meis. scz religiosi nolite malignari. iam scitis quō vos facitis nihil respiciendo dignitatē psonę. **Q**uinta proditio est de filiabus regis datis et laxatis siue traditis lupanari. **F**ilie regis xpi sunt om̄es mulieres christiane quas genuit in baptismo. **D**icunt aliqui. **E**t quod peccatus est solus? cum soluta quā ego nō decepi. imo solui et sibi placuit et mihi. **N**ota similitudinē de regis filia soluta et sibi placet et tibi. et dicitis cui facio iniuriā nūquid regi cui facis pditionē agendo cū filia sua. **S**ed si ipse dat eam tibi in vxorē tūc fac placitū tuū cū ipa s modo totū est corruptio nō sufficiūt lupanaria publica que possunt sustineri sine peccato dñorū. quia sunt in remediū. **S**ed hospicia et tota ciuitas est plena meretricibus secreti que sūt in laqueū et damnationē re. torū zc. **C**ontra h vitiū dicit sancta scriptura. **A**bominatio facta est

in israel et in hierusalē filiam dei habuerūt alieni
Malach. ij. Nota in israel. id est. in xpianitate et
 in hierusalē. id est. in ecclesiasticis. Sed filia dei habu-
 erūt alieni. qui scz nō sunt eius viri. ¶ **S**exta p-
 ditio est. quia filiū dei vnicū regis iam iuratū in
 regno sciderunt et diuiserūt p mediū. **H**ic filius
 vnic⁹ et p̄mogenitus regis xp̄i est p̄plus xp̄ian⁹ d̄
 quo scz ap̄ls dicit. Ita q̄ iam nō est seru⁹ sed fili-
 us et heres p̄ deū ad Gal. iij. Sed iste fili⁹ ē iam
 vere scissus et diuisus in tres ptes. p̄pter istō sc̄s
 ma licz nō sit nisi vn⁹ ver⁹ papa. loquit̄ de tēpo-
 re quo sc̄sima tempe beati Vincētij fuit in ecclia
 Idem de qualibet cōmunitate. villa seu ciuita-
 te totus p̄plus est diuisus. Quis habebit regimē
 p̄pter quod cōmunitates destruant. **D**ic quō
 rex offenderet si in p̄sentia sua su⁹ p̄mogenit⁹ di-
 uideret. magis offendit christ⁹ rex ex talib⁹ diui-
 sionib⁹. Ideo dicit christus diuisum est cor eoz
 nūc interibūt. **O**see. x. Nota diuisum est cor et̄.
Multi volunt se excusare dicētes. Ex istis diui-
 sionibus nō sequunt̄ vulnera et̄. Et nunq̄d pōt
 esse peius vuln⁹ q̄ diuisio cordis qd̄ est principi-
 um vite. quia diuisa manu vel pede adhuc pōt
 hō viuere sed diuiso corde nō. Quicūq̄ ergo est
 causa et occasio harū diuisionū tenet̄ ad oia dam-
 na et expēsas que sequuntur si vult saluus fieri.
Item tenet̄ restituere cōitati quicq̄d iniuste rece-
 perit ab ea vel rō ne ambasiante vt ad expēsas cō-
 munitatis faciet sua negocia et̄. ¶ **S**eptima p-
 ditio est. quia signa et arma regis amouerūt et po-
 suerunt ibi signa et arma inimici sui. **S**ignum et
 arma christi est sancta crux ex quo in ea passus ē
 de quo **E**sa. xlix. **H**ec dicit dñs deus. **E**cce leua-
 bo ad gentē manū meā et exaltabo ad poplōs si-
 gnum meū. **S**ignū et arma diaboli eius inimici ē
 circulus. quia sic̄ deuoti et boni clerici qñ inuo-
 cant deum et incipiunt diuinum officiū faciunt si-
 gnū xp̄i scz crucis. sic filij diaboli. s. diuinatores
 et inuocatores demonū faciunt circulū siue rotā
De quib⁹ dicit dauid. **I**n circūitu impijambu-
 lant ps. xj. **S**ignū et arma regis xp̄i ponūt̄ i por-
 tis palacij corporis in baptismo. s. in portis qñq̄
 sensuū corporalū. Sed vos modo amouetis si-
 gnando vos nō faciendo signū christi s̄ signum
 diaboli. **D**ic quō et qñ intrāt ecclēsiā et recipiunt
 aquā benedictā. qualiter signāt se nō faciendo si-
 gnum crucis xp̄i. sed signū siue circulū diaboli.
Ite qñ ponunt se ad mensam ad comedendū cū
 signo diaboli. **I**dem qñ ponūt se in lecto ad dor-
 miendū. **I**dē qñ mulieres ponūt̄ infantes in le-
 cto. **I**dē de clericis aliq̄b⁹ qd̄ dico cū dolore cor-
 dis qui in sancto sacrificio vbi deberēt facere si-
 gnum xp̄i. faciūt signū diaboli ex indeuotione et
 nimia festinatione. **Q** qd̄ peccatū ē. **I**dē de bñ-
 dictione aque et panis et in benedicēdo populuz
 in fine misse cum signo diaboli mittunt ipsos ad
 domū suam. **O**stende hic quō se debent signare

et dic rationē quādo dicif. **I**n nomine patris te-
 neas manum alte. quia pater ab alto misit filium
 suum in virginis vterū. **I**dē quādo dicif et filij
 manus debet teneri iuxta vterū et significat xp̄i
 incarnatio. quādo aut̄ dicif et spūssancti debz te-
 nere manū p̄ transuersum trāseunte manu a sin-
 stro humero ad dextrū. **R**atio. quia spūssanct⁹
 large fuit effusus in die pentecostes sup ap̄los et
 discipulos christi. **I**tem quia spūssanctus ducit
 p̄sonas de sinistra culpē ad dexterā grē. et nō ecō-
 so. **S**inistra ergo sigt culpam peccatū et maledi-
 ctionem. dextera vō signat misericordiam. gra-
 tiam et benedictionem. **N**ota cōtra illos q̄ signā-
 do dicunt. **I**n nomine patris in longū. quia pat-
 maior est filio quod est error. **E**t ad dexteram di-
 cunt et filij. quia sedet ad dexterā patris. **E**t spūssancti
 ad sinistrā. qz sedet ad sinistrā quod est er-
 roz. quia filius et spūssanctus sunt ad dexteram.
 id est. in equalitate patri. et esse ad sinistrā est esse
 in equalē patri. qd̄ est error. **A**lij faciunt crucez
 beati petri ab inferiori incipētes. **I**deo de h̄ cō-
 querif christus dicēs in p̄sona trinitat̄. **S**igna
 nostra nō vidimus iam nō est p̄pheta et nos nō
 cognoscat ampli⁹ ps. lxxij. **S**igna nostra nō vi-
 dimus scz in christianis. **I**am nō est p̄pheta. qz
 signum crucis est realis p̄pheta qz homo est de
 populo christi. **S**ed modo iam nō est. **Q**uelibet
 p̄dictarum rationū est causa sufficiēs q̄ antichri-
 stus veniet. **Q**uō ergo magis omēs simul septē
 rōnes concurrētes. p̄pter hoc dicit̄ thema. **R**e-
 spicite et leuate capita vestra. **S**z diceret contra
 me aliquis subtilis argumentator. **F**rater vos
 innuitis in verbis vestris qz christus non solum
 pmittet antichristū venire. sed etiam qz christus
 ipsum mittet. **R**espōdeo qz sic. **S**ed hoc non au-
 derem dicere nisi quia habeo autoritatem sacre
 scripture. apostolus em̄ dicit. **E**o qz charitatem
 veritatis non receperunt vt salui fierent ido mit-
 tet illis deus opationem erroris vt credant men-
 dacio. ij. ad **T**heffal. ij. **N**ota ideo mittet illis de-
 us. **E**cce non solum pmittet. et̄. **I**tem **E**zech. x
 xxvij. vaticinare filij hominis et dices ad goth.
 et̄. **I**n nouissimis diebus eris et adducam te su-
 per terram meam. scz christianitatem quod intel-
 ligitur sic. **I**n aduentu et opatiōe antichristi erit
 ibi et culpa et pena. **Q**uātū ad illud quod erit cul-
 pe. christus nō mittet eum sed permittet. **Q**uan-
 tum ad illud quod erit malum pene christus nō
 solum pmittet. sed etiam mittet. qz omne malū pe-
 ne a deo est effectualiter.

Sermo sextus.

Aelum et terra trā-
 sibunt. **L**uc. xxj. **V**erbum propositū
 ostendit subtiliter statum hui⁹ mundi
 post diem iudicij. de q̄ statu volo modo p̄dicare
 qz ista materia p̄ns est ad materiam dici dñice.